

355. Bonn den 16. August 1742. (A. 7. b. Deserteur.)

Clement August, Erzbischof zu Köln,  
Bischof zu Münster &c.

Unter Verheißung völliger Strasslosigkeit für alle binnen 3 Monaten zurückkehrende Deserteur von den münsterschen Truppen und für alle in gleichem Zeitraum bei ihren Civil-Behörden sich stellende Unterthanen-Söhne im Hochstift Münster, welche zur Kriegsdienstleistung bezeichnet worden und ins Ausland entwichen sind; wird landesherrlich bestimmt, daß gegen die, diesen Generalpardon nicht Benutzenden mit Anheftung ihres Namens an den Galgen und mit Güter-Confiskation, auch im künftigen Wiederbetretungsfalle mit der Strafe des Lebens, des Ehren-Abschneidens oder andrer schwerer Arbeit, unnaßsichtlich verfahren werden soll.

Bemerkt. Am 14. Juni 1745 und 3. Januar 1746 (A. 7. b.) ist gleichmäßig wiederholt Strafnachlaß verheißt und resp. Vermögens-Confiskation und Lebensstrafe angedrohet, auch am 24. Mai 1749, 13. März 1752 u. 14. März 1754 (A. 7. b.) ein unbeschränkter Generalpardon für alle binnen Jahresfrist zurückkehrende Ausgewanderte resp. Deserteur verkündigt worden.

355 1/2. Neuhaus den 5. November 1742. (F. b. Ordinations-Titel der Geistlichen.)

Clement August, Erzbischof zu Köln,  
Bischof zu Münster &c.

Cum ex eo, quod complures ad Sacros Ordines evahi cupiant pro sua potius, quam Ecclesiae utilitate, et undique errantes ubique desides, ac celebratione Missarum veluti quaestum faciant, Sacerdotium vilipendit, et Ecclesia scandalis exponatur. Nos, quibus curae esse debet, decorem Domus Domini, et Sacerdotum ejus in omnibus studiosissime promoveri, hujusmodi malis, ex Pastoralis Officii Nostri debito, quantum adjuvante Domino possumus, mederi, eorumque scaturiginem obstruere volentes, omnibus ad Titulum Patrimonii seu certarum Missarum SS. Ordines suscipere desiderantibus in Diocesi Nostra Monasteriensi subjectas Regulas Ssti. Concil. Trident. conformes, observandasque praescribimus.

R. r. i. m. a.

Siquidem Sacerdotalis nominis Sanctitas jubet, plenam diligentiam et explorationem sinceram, illos in Clericorum sortem, et ad Divinum Ministerium deligere, qui eam pietatem, morumque Sanctimoniam factis ostenderint, quam per irtractabilis status assumptionem pollicentur, ante omnia ordinamus, ut Clerici ad titulum a Nobis, seu Vicario Nostro in Spiritibus Generali pro sua ordinatione specialiter erigendum et approbandum, promoveri cupientes afferant Litteras testimoniales vitae suae ac morum, frequentioris ad Communionem Corporis Christi accessus, conversationis, atque propensionis ad vitam Ecclesiasticam, nec non Canonicae habilitatis, clausas et sigillatas ab eo, quem in studio Theologico seu jure Canonico audiunt, seu audiverunt Professore: et tum a Parocho suo, sub ejus parochia ultimos tres annos habitaverunt, tum si forsan ultimis temporibus alibi commorati fuerint, a Decano rurali seu Christianitatis, aut hujus loco, a Parocho loci; et a Professoribus suis, quibus omnibus et singulis sedulam super praemissis inquisitionem commendamus, eorumdem conscientiam desuper onerantes.

S e c u n d a.

Quoniam titulus patrimonialis (sub quo omnem illum intelligimus, quem Clerico ad sacros Ordines promovendo, pro victu inde habendo assignari permittitur) in Sacro Concil. Trident. non nisi dispensative pro iis, qui Ecclesiae aut utiles sunt, aut necessarij tolerantur, clementissime volumus, ut illi, qui ad ejusmodi titulum sacro Subdiaconatus ordine initiari, atque ad caeteros promoveri cupiunt, non aliter admittantur, quam post exercitia Spirituality saltem per sex dies peracta, et post biennale ad minimum in urbe Nostra Monasteriensi, aut in Academia sive Universitate quadam publica studium Theologiae Scholasticae aut morali, vel juri Canonico laudabiliter impensum, productis coram Vicario Nostro in Spiritibus Generali, et Examinatoribus synodalibus morum atque studiorum suorum authentico Testimonio et praevio riguroso examine super eorum vocatione, vita ante acta et Canonica habilitate, ex quibus constet

illos in Ecclesia Dei utiliter ministrare, et operari posse, ideoque dispensationis favorem mereri.

#### T e r t i a .

Nè verò hi Clerici ex dispensatione et benignitate extraordinarie admissi, incertis sedibus vagentur, suaeque vagationis instabilitate, presbyterialis dignitatis honorem obnubilent, Nos ad mentem SS. Conc. Trid. antiquam SS. Patrum disciplinam prae oculis habentis, intenti, volumus, ut ad supra memoratos titulos ordinari cupientes, suum, cui adscribi velint, aut commodè possint, Ecclesiae desiderium, non tantum, sed et eandem Ecclesiarum Rectorum mentem et iudicium super modo Ecclesiasticas suas functiones exercendi, cultumq; Divinum in aedificationem populi Christiani devotè promovendi in scriptis simul exhibeant, ut omnibus iis ritè discussis, ordinari possit, quomodo quisque permanendo in Ecclesia, cui adscribetur, Officiis Divinis in Choro, diebus Dominicis et Festis assistere, ministerii sui assiduitate in Dei Salvatoris Nostri amore fervere, et quae in pervagatione reprehensibilia sunt, sub oculis et curâ Rectorum religiosè vitare queat, jubentes eum in finem, ut ita promoti ab Ecclesia sua, cui adscripti sunt, ultra bimestre continuum, citra Nostram specialem permissionem, aut Vicarii Nostri in Spiritualibus Generalis sub poena arbitraria, ipsis à Nobis infligenda annualim non absint.

#### Q u a r t a .

Ut autem praecaveatur, nè ad patrimonialem, aliumve similem titulum Divino Ministerio adscripti ex defectu mediorum necessariorum cum Ordinis dedecore mendicare, sordidumque aliquem quaestum exercere cogantur, statuimus et declaramus, quòd durantibus hisce calamitosis temporibus, quibus rerum pretia notabiliter excreverunt, de antiqua Monasteriensis Nostrae Diocesis observantia, octoginta daleri Imperiales stabiles ac certi ad patrimonialem titulum ordinationis requirantur et exigantur, subindeque requiri et exigi mandamus.

#### Q u i n t a .

Officia Ecclesiastica, Sacrificia Missae, et talia, quorum proventus cessant, quando per supervenien-

tem infirmitatem, aliamve impotentiam non potest satisfieri eorum oneribus, pro titulo non admittuntur, nisi praeter haec ex patrimonio, aut pensione, sive censu aliquo fixo, et certo modo, quo supra explicatum de triginta annuis daleris Imperialibus liberi redditus iisdem provisum sit.

#### S e x t a .

Instrumentum de patrimonio in titulum totalem vel partialem assignato, sit Coram Curiis locorum unde bona dependant, realisatum, sigillatum, et approbatum, cum exacta hypothecarum specificatione, et attestatione, per quam constet alias proles, si quae existant, aliunde partem legitimam habituras, parentesque commodè vivere posse. Justitia autem loci debet non solum attestari ex relatione aliorum, sed ex certâ scientiâ constare sibi de valore in instrumento expresso.

#### S e p t i m a .

Insuper in eodem instrumento expressè caveatur hac adjectâ clausulâ, quod uterque et qui Patrimonium assignat, et cui assignatur, jure jurando affirmet, id patrimonium verè possideri, obtinerique, ac praeterea nihil inesse doli ac fraudis, nullumque eo nomine contractum initum, nullumque promissum factum, nec verò imposterum sese aliquid acturos, factorosque, quominus Clericus initiandus assignato Patrimonio verè, et re ipsâ utatur, fruatur, proindeque, si quod contra actum, gestum, factumve erit, id omne irritum, rescissum, atque planè ipso jure nullum, nullius roboris esse velle: siquid autem contra actum erit, ei praeterea quâ Sacris initiatus fuerit, poena sit, ut statim ipso facto ab ordinum susceptorum munere, functioneque suspensus sit, nec aliis majoribus ordinibus adscribi possit; Volumus autem ut ipsum instrumentum, ejusve Copia authentica in Officio Vicariatus Nostri relinquatur ac registretur.

#### O c t a v a .

Ut facilius detegantur fraudes, quae non nunquam in celandis titulorum defectibus committuntur, volumus, ut, qui ad aliquem praedictorum titulorum sacro Subdiaconatus ordine initiari voluerint, in tem-

pore Parochum loci, intra cujus limites census, seu bona pro titulo assignata sita sunt, adeant, qui de bonis in titulum assignatis, et eorum designato valore, à fide dignis diligenter inquirat, et literas testimoniales, clausas et sigillatas, sigillo Ecclesiae suae, inquisitionem factam, ipsiusque testantis super praemissis Judicium continentes, ad Vicarium Nostrum in Spiritualibus Generalem transmittat, vel ipsius ordinandis ad eum perferendas tradat, conscientiam ipsius Parochi desuper onerantes.

#### N o n a.

Et quoniam à Presbyteris ignotis aliunde advenientibus Monasteriensi Dioecesi haud quaquam adscriptis confusiones ac scandala timeri possunt (uti non semel ante hac observata fuere) nisi ante admissionem ad celebrandum sacross. Missae Sacrificium, tum Literae eorum commendatitiae, tum idoneitas accuratè examinentur, praecipimus per praesentes, ut visis licet eorundem commendatitiis, nec aliter ipsi à Vicario Nostro Generali licentia legendi Missas concedatur, quam per tantum temporis duntaxat, quod eorum negotiis expediendis sufficiat, atque si externus eorum habitus Sacerdotalem modestiam ac integritatem praeseferat. Nec non cum prohibitione expressa, nè pro Missis Eleemosynas accipiant, sed titulo suo contenti peractis negotiis suis mox revertantur ad Ecclesiam suam, cujus servitio devincti agnoscuntur.

356. Münster den 28. December 1742. (S. b. Stadtwage zu Münster.)

#### L a n d e s = R e g i e r u n g.

Zur fernern Verhütung von Unterschleifen bei Entziehung der herkömmlichen Abgaben zur Stadtwage zu Münster, wird landesherrlich verordnet:

1. daß alle in die Stadt eingeführt werdenden fremden Waaren (bei Vermeidung von 25 Goldg. Geldstrafe) gleich bei ihrer Ankunft in der Stadtwage angemeldet werden müssen, daß darüber

2. ein Zettel unentgeltlich ertheilt, und daß

3. ohne Vorzeigung eines solchen Zettels keinerlei Gegenstände von Wirthen, Bürgern oder Eingefessenen zum Kauf und Verkauf oder zur Aufbewahrung angenommen werden dürfen.

Bemerk. Durch eine von der Landesregierung am 16. October 1684 (S. d.) erlassenes Rescript war verordnet worden, „daß hinfür alle und jede fremde Kaufleute von ihren Waaren und Kaufmannsgütern, so sie in hiesiger Stadt, sowohl in als außerhalb denen freyen Märkten verkaufen und verhandeln, von jedem Rthlr. Werth vier Pfennig, bis anderweiter gnädiger Verordnung zu geben und zu prästiren schuldig seyn sollen.“

357. Münster den 5. Januar 1743. (A. 7. b. Suppliken.)

#### L a n d e s = R e g i e r u n g.

Alle in Prozessen von den Partheien eingereicht werdende Bitt- und Denkschriften müssen von den Verfassern derselben oder den gewöhnlichen Prokuratoren, welche für den darin vorgetragenen Inhalt verantwortlich sein sollen, unterschrieben werden, und sollen ferner nur in solchem Falle berücksichtigt werden.

Bemerk. Unterm 10. März 1744 (A. 7. b.) ist die gleichartige Verordnung vom 5. Juli 1734 (Nr. 338 d. S.) wieder verkündigt und dahin erläutert worden, daß die bezeichnete Unterschrift der Eingaben an den Landesherrn und an die Behörden in allen Beziehungen stattfinden, und daß der Schreibens erfahrene Supplikant nebst dem Concipienten der Denk- und Bittschrift eigenhändig mitunterschreiben müsse; sodann auch am 3. Aug. 1763 (A. 8. b.) und 26. Aug. 1771 (A. 10. b.) gleichmäßig und weiter verordnet worden, daß die Unterschrift eines Procurators oder legalen Advokaten allen Eingaben („geringe die Hauptsache nicht betreffende Implorationes „ausgenommen“) beigefügt sein soll.